



asp

11

no

1714

Q. D. B. V.

DE

**HERCVLEIS  
MINVS HERCVLEORVM  
MEDICAMENTORVM  
FRVCTIBVS**

LACTVCAE EXEMPLO DEMONSTRATIS  
BREVITER ET STRICTIM  
DISSERIT

ET

**DISSERTATIONEM INAVGVRALEM  
MEDICAM**

*DIE VIII. MARTII A. clis lccc xxxv*  
HABENDAM

INDICIT

**CHRISTIANVS GOTTFRIED  
STENTZEL**

ARTIS SALVTARIS ET PHILOSOPHIAE DOCTOR  
CHIRVrgIAE ET PATHOLOGIAE PROFESSOR PVBLICVS  
ORDINARIVS ORDINIS MEDICI  
H. T. IN ACADEMIA VITEMBERGENSI DECANVS.



HERCVLEIS  
MIVS HERCVLEORVM  
MIDICAMENITORVM  
FRVCTIVS  
FACTVMB EXERNO DEMONSTRATIS  
BREVITER ET STRICTIM  
PRESERTIM  
ET  
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM  
MEDICAM  
DIE VIII MARTII A. MDCCCLXXXV  
HALLAE  
CHRISTIANVS GOTTFRIED  
STENKZEL  
ARTIS SALVATIS ET PHILOSOPHIAE DOCTOR  
CHIRVSGVS ET PARNOTOLOGVS PROFESSOR PVSICVS  
ORDINARIVS ORDINIS MEDICI  
H. T. IN ACADEMIA VITTEBERGENSI LEGARVS





\* \* \*  
I niqui saepe rerum iudices sumus, laudantes  
uituperanda, uituperantes laudanda, & uer-  
bis extollentes in maius minus curanda. Sor-  
dent nobis antiqua, noua constanter deside-  
rantibus; auersamur patria, peregrinorum  
& alienigenorum amore capti, notissima uirtute, igno-  
tissimis, modo, ( licet a plebe ) praedicentur, praeferi-  
mus. Quid lactuca notius? quid eiusdem usu frequentius?  
Parui tamen eadem a multis, in morborum curatione, ae-  
stimatur, maximi facienda, plurimi ab antiquis facta, & in  
maximo, ob eximios, quos produxit, fructus, pretio ha-  
bita, laudibusque celebrata. Diversas lactucae species,  
quas DIOSCORIDES, (a) THEOPHRASTVS, (b) PLINI-  
VS, (c) DODONAEVS, (d) TRAIVS, (e) FVCHSIVS, (f)  
BAVHINVS, (g) RAIVS, (h) TOVRNEFORT, (i)  
ELSHOLTZ, (k) HERMANNVS, (l) KOENIGIUS, (m) &c.  
adduxerunt, & descripserunt, iam non in scenam produco,  
hoc paucis monens, mihi sermonem esse de lactuca hor-  
tensi, & uulgo notissima, ac familiarissima, quae aceto  
oleoque oliuarum condita, aliorum more acetariorum,  
in coena prandioque una cum aliis cibis adhibetur. Hu-

\* 2

ius

- (a) Oper. Francofurti, in folio, cum Interpretat. Lat. Saraceni, 1598 ed. Mat. med. lib. 2: cap. 165. & 166. p. 145. & 146. (b) Historia Plant. cum Bodaei a Stapel & Scaligeri notis, in folio, Amstelod. 1644. ed. lib. 7. cap. 4. p. 761. & seq. (c) Hist. Nat. Basileae, in folio, 1554. ed. lib. 19. cap. 8. p. 353. & lib. 20. cap. 7. p. 363. (d) Hist. Stirp. Antuerpiae, in folio, 1616. ed. Pemptade 5. lib. 1. cap. 22. p. 644. & seq. (e) Comment. de Stirp. a Kybero latina ed. lingua, in 4to, Argent. 1552. lib. 1. cap. 87. p. 257. & seq. (f) Herbario, Basileae, 1543. in fol. ed. cap. 113. (g) Pinacothec. theat. Bot. Basileae, in mai. 4to, 1671. ed. lib. 3. Sect. 6. p. 122. (h) Hist. Plantarum, Londini, tribus tomis, in fol. 1686. ed. Tom. 1. lib. 5. Sect. 1. cap. 1. p. 220. & seq. (i) Institut. rei herbariae, Parisiis, 1700. in mai. 4to ed. Class. 13. gen. 3. p. 473. & seq. (k) Oper. de hortorum & herbarum Cultura, Francof. in mai. 4to, 1690. ed. Part. 1. lib. 3. cap. 3. no. 4. p. 158. & seq. Part. 2. lib. 1. cap. 5. no. 4. p. 36. & 37. (l) Cynosur. mat. med. cum. additament. Boecleri, Argent. 1726. in 4to ed. Part. 1. cap. 5. p. 411. & seq. (m) Regno Vegetabili, Basileae, 1708. ed. Sect. 4. p. 886. & 887.

ius exemplo, huius, inquam, principiis & uiribus demonstrare annitar, quod remedia, quae uulgari perfusione minus Herculeae, quale lactuca, iudicantur, Hercules haud raro fructus producant, ab iisdem nunquam speratos, aut expectatos.

Lactucam copioso sero gelatinoso, proxime ad lactis naturam accedente, in cuius sinu parum salis medii, nitro puro simillimi, & huic sociatae terrae, inclusum haeret, constare, sapor, odor, experimenta chymica & effectus euincunt. Huic herbae LEMERY (n) multum aquae, salis olei, parum salis & terrae inesse, perhibet, non indicans, quale sit, quo gaudeat, oleum, qualis eiusdem, salisque, eidem tributi, natura. Serum autem gelatinosum, nitroso imbutum sale, quo haec herba abundat, eidem uirtutem demulcentem, humectantem, emollientem, refrigerantem, nutrientem, bili resistentem, largitur. Has uires huic herbae omnes recentiores medici uno ore tribuunt, tributas iam a DIOSCORIDE, (o) Lactuca hortensis, inquit, (p) stomacho utilis est, modice refrigerans, somnum concilians, aluum emolliens, lactis generationem & secretionem promouens; melius nutritioni prospicit decocta, stomachi uero uitii medendis magis eadem recens & illota conducit. Si recentiores materiae medicae auctores, HERMANNVM (q) scilicet, KOENIGIVM, (r) etc. euoluere placent, eadem, apud eosdem, iisdem fere uerbis, de lactucae usu & utilitate relata & annotata leges. Vnico, quod LEMERY (s) dedit, testimonio contentus acquiescam. Non eadem duntaxat hic lactucae uirtus adscribitur, sed iisdem

(n) *Traité universel des Drogues simples, à Paris, 1699. in mai. 4to, p. 402. Toutes les Laitues contiennent beaucoup de phlegme, assez d'huile, peu de sel & de terre.* (o) Oper. ed. lib. cap. & pag. cit. (p) Dioscorides, l. c. *Θριδαξ ἡμερος εὐστόμαχος, ὑποψύχμα ὑπνωτική, κοιλίας μαλακτική, γαλακτικῶς κατασπαστική. Εψηθείσα δὲ γίνεται τροφικώτερα, ἀπλυτῶ δὲ ἐπιεικὴν στομαχικοῖς ἀεμώζεις.* (q) Lib. & l. c. (r) lib. & loc. cit. (s) lib. & loc. cit.

dem etiam uerbis describitur, hoc saltem obseruato discrimine, quod eadem, quae Dioscorides Graecis expressit uocibus, Gallice dicta apud dictum Gallumprehendantur. Lactucae species, ait, (t) humectant, & refrigerant, nimirum humorum commotionem compescendo, acrimoniam sanguinis corrigunt, somnum promouent, lactis prouentum augent, & aluum apertam seruant.

His, quas medici de lactucae uiribus ferunt, sententiis debitum additurus pondus, ad Antonii Musae experimentum prouoco. Est quidem, scribit PLINIVS, (tt) lactucarum, quas recensuit, uires expositurus, natura omnibus refrigeratrix, & ideo aestate gratae stomacho fastidium auferunt, cibique appetentiam faciunt. Diuus certe Augustus lactuca conseruatus in aegritudine fertur, prudentia Musae, medici. Cum priores cauerent, religione nunc omni carent, in tantum recepta commendatione, ut seruari etiam in alienos menses eas oxymelite repertum sit. En Herculeos medicamenti, minus Herculei, & olim maxime neglecti, & iam contemptim elusi, fructus, quo Augustus, Romanorum Imperator, semper Augustus, sub cuius imperio, una cum Christo, humani Restauratore generis, nato, uniuerso terrarum orbi pax reddita fuit constantissima, pristinam recuperauit sanitatem. Hinc etiam Senatus Populusque Romanus, ut habet SVETONIVS, (u) medico Antonio Musae, cuius opera ex ancipiti morbo conualuerat, statuat, aere collocato, iuxta signum Aesculapii, statuerunt. XIPHILINVS (x) quidem, qui DIONEM NICAEMVM in epitomen redegit, nullam lactucae, sed potionum saltem

\* 3

balne-

(t) Lemery, loc. cit. Elles humectent, elles rafraichissent, en calmant le trop grand mouvement des humeurs; elles adoucisent l'acreté du sang, elles consilient le sommeil, elles augmentent le lait aux nourrices, elles entretiennent la liberté du ventre. (tt) Hist. Nat. ed. cit. lib. 19. cap. 8. p. 353. (u) Vit. Caes. cum Calauboni animaduers. & Boecleri diss. polit. Argentor. in 4to, 1647. ed. Vita Augusti, cap. 59. p. 70. & 71. (x) Epitome Dionis Nicaei, ab Henrico Stephano Parisiis in 8uo ed. p. 74. Καὶ αὐτὸν μὴδὲν μὴδὲ τῶν πάντων ἀναγκαιῶν ποιεῖν δυναμένον, Ἀθλιότης τις Μήσας καὶ Ψυχροποσίας καὶ Ψυχρολασίας ἀνίσωσεν.

balneorumque refrigerantium, sine dubio, uti alii docent,  
& testantur, ex lactuca paratorum, facit mentionem.

Notatu dignum, quod prisca mortalium in sine epularum  
lactuca usi fuerint, cum tempore MARTIALIS (y) ab eadem  
initium duxerint, qui huius mutationis causam inquirens,  
sequentem mouit quaestionem : (z)

*Claudere quae coenas lactuca solebat auorum,  
Dic mihi, cur nostras inchoat illa dapes.*

Si coniecturae, haud uanae, locus, ueteres de tranquillo solli-  
citi somno, coenam finientes, lactucam assumebant, cum  
eorum posteri, a maiorum suorum consuetudine recedentes,  
& maiorem appetitus curam gerentes, nouum uentriculo  
stimulum addendi ergo, ab ea inchoarint usum alimentorum.  
Hoc uidetur innuisse & probasse HOFMANNVS, (a) qui  
sequentem Martiali dedit responsonem :

*Vim uni reprimens affert lactuca soporem,  
Humiditate sua, frigiditate sua,  
Feruentis stomachi lactuca refrigerat aestum,  
Et facit, ut possitas appetat ille dapes.*

Ex his nemini obscurum esse potest, quod lactuca hominibus  
ficcioribus, acrioris abundantia bilis laborantibus, tam prae-  
sentem tuendi sanitatem, quam morbos curandi ergo, appri-  
me conueniat ac conducat. Nam lacteus, seu seroso-oleo-  
sus, quo abundat, liquor, restituendo, quod deficit, serum  
gelatinosum, atque uniuersi nutritionem corporis promo-  
uendo, non ariditati saltem tabique partium solidarum mede-  
tur, sed, acria salia sulphurque implicando, & temperando,  
biliosis quoque febribus, hecticae, ictero, aliisque periculosis,  
qui ex dicta constitutione imminet, morbis anteuertendis  
seruit. His cito tutoque perficiendis, haud leues, sal nitro-  
sum, quo lactucae succus gaudet, suppetias ferr, quod bilio-  
sam

(y) Epigram in usum Delphini, cum interpret. Colleffi, & numismat. Lud. Smids,  
Amstelae dami, in mai. 800, 1701. ed. lib. 13. epigr. 14. p. 521. (z) Martialis,  
loc. cit. (a) Euoln. Not. Boecleri ad Hermanni Cynosuram mat. med. ed. cit.  
Part. 1. cap. 5. p. 412.



fam acrimoniam infringit, corrigitque partim, partim excedentem sanitatique aduersam bilem, lotii aluinarumque excretionem fecum adiuuando, commode & facile euacuat. Inter alia mala incommodaque, siccioris hominibus naturae admodum familiaria, frequens est alui constipatio, per plures durans dies, pluresque afferens molestias. Obseruauit haud semel, quod homines, ita affecti, iam pilulas Becheri, aut Stahlii, aut Amelungi, etc. aut alia medicamenta purgantia, cum tam sinistro effectu euentuque in auxilium uocarint, ut aluinas deiectiones, hoc modo promotas, & uirium prostratio, et longe pertinacior, quam ante, alui constipatio, grauioribus stipata incommodis, secuta fuerit. Nec aliud sane sperandum fuit; imo, examinata & considerata aluinae obstructionis causa, haec iam, quae successerunt, praeuidere potuissent. Talia quippe remedia, quorum supra facta mentio, fortius irritando canalem alimentorum, exiguamque, quae restat, feri portionem, una cum excrementis eiiciendo, praesentem tardioris fecum aluinarum excretionis causam augent, & grauem solidis fluidisque corporis humani partibus iniuriam inferunt, praesertim, si tali praediti sint constitutione, qualem CATVLLVS (b) Furio Pisarenfi tribuit, satis falsae his delineatam uerbis:

*A te sudor abest, abest saliuu,*

*Mucusque, et mala pituita nasi.*

*Hanc ad munditiam adde mundiorum,*

*Quod culus tibi parior Salillo est;*

*Nec toto decies cacas in anno,*

*Atque id durius est faba et lapillis,*

*Quod tu si manibus teas fricesque,*

*Non unquam digitum inquinare posses:*

Nihil utilius hic, nihilque praestantius ac praesentius decocto lactucae, aqua parato, deprehendi; huius quippe ministerio, laxatis, quae nimis contracta erant, intestinis, fecibusque durioribus dilutis, & emollitis, promte suo munere fungebatur aluus. Idem, eundem in finem, remedium MARTIALIS, (c) Phoebos, cuius uultum instar hominis, uentrem difficulter exonerantis, describit, commendauit, scribens: *Vte*

(b) Lib. Carm. ad Cornel. Nepotem, p. 13. (c) Epigram. ed. cit. lib. 3. epigr. 87. p. 140.

*Vtere lactucis, & mollibus utere maluis;*

*Nam faciem, durum, Phoebe, cacantis babes.*

Alio, idem, (d) loco, dictum medicamentum laudat, Iulium Cerealem ad coenam inuitans, indicato sequentibus ferculorum, ipsi offerendorum, ordine:

*Prima tibi dabitur uentri lactuca mouendo*

*Vtilis, & porris sili resecta suis.*

*Mox uetus, & tenui maior cordyla lacerto;*

*Sed quam cum rutae frondibus oua tegant.*

*Altera non deerunt tenui uersata fauilla,*

*Et Velabrensi massa recocta foco;*

*Et quae Picemum senserunt frigus oliuae,*

*Haec satis in gustu: cetera nosse cupis?*

*Mentiar, ut uenias, pisces, conchyliis, sumen,*

*Et cortis saturas atque paludis aues.*

Eandem cum Martiali sententiam fouet SIMON PAVLLI, (e) exclamans: Et certe oprandum esset, ut multi ad maris Baltici oras aut littora sitorum accolarum, si non cruda aut cocta uescerentur lactuca, & a multis morbis uindicarentur, quos diuturnior alui adstrictio, mali hypochondriaci ac scorbuti comes & affecla, nostratibus aegris solemnibus inuehere suevit. Multa adhuc de reliquis lactucae uiribus commemoranda restant; restant quoque, quae lactucae obiiiciuntur, probra, & uitia, aut praesens institutum uberiorem eorum explicationem, alii reseruandam occasione, non permittit.

Praesens, inquam, institutum postulat, ut Vobis de meliori Nobilissimum & Doctissimum Candidatum; *Dn. IOANNEM GOTTLOB LEHMANNVM* commendem, qui Die VII. Augusti, Ao. c1810c XLIII. examinatus, & Ordini Nostro probatus, Die VIII. Martii a. c. me Praeside, pro Doctore disputabit Gradu. Eundem iterum iterumque B. L. commendans, Magnificum Academiae Rectorem, Patres Conferiptos, ac quosuis literarum Fautores & Cultores, omni, quae decet, obseruantia rogatos uolo, ut hunc Actum Inauguralem praesentia sua condecorare uelint.

(d) Martialis lib. II. epigram. 53. p. 463. u. 5. & seq. (e) Quadripart. Botan. Francof. ad Moenum, in 4to, 1708. a Frickio. ed. Classe tertia, p. 394.

*VITEMBERGAE*  
PRELO IO. GVILIELMI BOSSOEGELII.

*Handwritten text, possibly a title or reference number, mostly illegible due to fading.*

AB: 101940

ULB Halle 3  
002 422 557  


Nr. 16 = Handschrift Sb.

Vb 17

Reha ✓







Q. D. B. V.  
DE  
**HERCVLEIS**  
**MINVS HERCVLEORVM**  
**MEDICAMENTORVM**  
**FRVCTIBVS**  
LACTVCAE EXEMPLO DEMONSTRATIS  
BREVITER ET STRICTIM  
DISSERIT  
ET  
**DISSERTATIONEM INAVGVRALEM**  
**MEDICAM**  
*DIE VIII. MARTII A. c1o 1000 xxxxx*  
HABENDAM  
INDICIT  
**CHRISTIANVS GOTTFRIED**  
**STENTZEL**  
ARTIS SALVTARIS ET PHILOSOPHIAE DOCTOR  
CHIRVRGIAE ET PATHOLOGIAE PROFESSOR PVBLICVS  
ORDINARIVS ORDINIS MEDICI  
H. T. IN ACADEMIA VITEMBERGENSI DECANVS.

